UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XLVII. Die Markgrafen Ludwig und Stephan versprechen, die Stadt Königsberg und die herum wohnende Mannschaft bei ihren Rechten zu erhalten, am 10. September1338.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XLVII. Die Markgrafen Ludwig und Stephan versprechen, die Stadt Königsberg und die herum wohnende Mannschaft bei ihren Rechten zu erhalten, am 10. September 1338.

Vniversis et singulis presentium inspecturis. Nos Ludovicus et Stephanus, fratres, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Comites Palatini Reni, Duces Bavarie, Sacri Romani Imperii Archicamerarii, Volumus esse notum, quod promisimus et promittimus per presentes, nos velle admittere fideles nobis dilectos cives civitatis nostre chungsperg, milites et militares eandem civitatem circumsedentes, jam existentes et eorum successores, omni juri, quo apud nostros predecessores fruebantur, ab antiquo debere commanere, ipsum quidem jus sit solitum, quodcunque fuerit, ipsis non evacuando, non diminuendo, Predicta etiam nomine nostrorum fratrum singulorum policentes, ut rata servare in eorum absentia et dum ad Marchiam eos venire contingat, promittere debeant singula prenarrata. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum eberswold, Anno Domini M° CCC° XXX° octavo, proxima feria quinta post festum Nativitatis beate Virginis.

Nach dem Königsberger Copialbuche No. 36. Original des Stadtarchives No. 38.

XLVIII. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Königsberg die Mühle im Stadtgraben am Flusse Röreke, am 12. September 1338.

Anno M. CCC. XXXVIII°, Sabbato post natiuitatem beate virginis. Ludouicus, dei gracia etc. Consulibus atque vniuersitati ciuium in Kungesberg etc. Requisitionibus vestris fauorabiliter inclinati damus vobis ac posteris proprietatem plenam et omnimodam super molendino, sito in fossato dicte nostre ciuitatis ad flumen Roreke, nec non proprietatem totius pachti seu prouentuum molendini eiusdem vobis et ciuitati pleno iure et libertate perpetuo permanendam, quos quidem fructus fratres dicti de Wedechow coram nobis ad manus seu vsus vestros sollempniter resignarunt. Renunciantes ergo dicto molendino, fructibus et prouentibus ejusdem, nec non omni iuri, quod nobis competiit in eisdem, nichilque iuris nobis vel nostris successoribus inibi reseruantes. In cuius etc. Testes Io. de Buch, Henricus de Yseltsrid, Husener, camere nostre Magister, Beringerus Heylo, frater Gebbehardus de Bortuelt, milites, Hasso senior de Wedel, Tydekinus de Breyderlo, Io. cloden, plebanus ibidem, cum ceteris. Datum vt supra.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto). Auch im alten Königsberger Copialbuche No. 13 und im Originale im Stadtarchive unter No. 13 noch erhalten.